



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1845**

LXVII. Das Domstift bekundet die Stiftung zweiter Altäre in der  
Jacobikirche und im Siechenhaufe außerhalb der Stadt Stendal, am 19.  
Nov. 1293.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

LXVII. Das Domstift bekundet die Stiftung zweier Altäre in der Jacobikirche und im Siechen-  
hause außerhalb der Stadt Stendal, am 19. Nov. 1293.

In n. s. e. I. T. Amen. A. dei gracia prepositus, Conradus eadem gracia Decanus Totum-  
que Capitulum Ecclesie Stendaliensis, Scabini et Consules Ciuitatis eiusdem Omnibus prefencia percep-  
turis — cupimus esse notum, quod honorabiles uiri infra scripti duo dotauerunt altaria beneficii tytulo  
sub vnus, videlicet vnum in Ecclesia sancti Jacobi in Stendale et aliud ad infirmos extra muros eius-  
dem ciuitatis, sex frustorum annuatim prouentibus sublimantes, Quorum reddituum iacent Quinque frusta  
in duobus mansis sitis in villa Magna Swechten, quos emerunt a Johanne filio Heysonis cum  
omni iure, vtpote ipse eosdem dinoscitur habuisse, Adiectis aliis vt denariis pullis et ouis, De quibus  
frustis eidem Johanni Quatuor persoluerunt et quantum Idem Johannes gratis addidit in memoriam sui  
et vxoris sue Aleidis et ipsorum omnium amicorum. Ad predictorum quoque manforum empcionem  
Conradus decanus antedictus motus pietate contulit XXIII marcas argenti pro sui memoria, patris  
sui Hinrici et matris Wendele in honorem sancti Jacobi et in perpetuum solacium Infirmorum. Ad  
proprietaem eciam eorundem liberaliter eximendam fraternitas mercatorum et Nauigancium X marcas  
dedit — Wilhelmus de Osterren III fertones, Hinricus de Stenuelde I fertonem, Beren-  
gerus Storm I marcam, Besta de thuriz et henningus I marcam pro se et Johanne de thur-  
riz defuncto. Hec predicta data sunt pro eorum memoriis peragendis. Dictorum vero manforum prop-  
rietas XII marcas constitit eximenda. Sextum vero frustum Scabini Stendalienses videlicet Godescal-  
cus de Jerchowe, Wilhelmus de mossun, Gherdingus scadewachten, Johannes heysonis,  
Ghifeko de scadewachten, Gherardus Flasmenger, Th. Noppowe pro octo talentis  
in quadam domo in obitabulo compararunt. Walterus sacerdos eciam addidit pro se et patre suo Jo-  
hanne et matre Jutta ortum apud sanctum Petrum soluentem octo solidos annuatim. Sacerdos quo-  
que memoratus altaribus deseruiens tollet annis singulis redditus iam predictos, pro quibus dicit annis  
singulis vnam missam in Ecclesia sancti Jacobi parrochie et parrochialibus competentem, ita quod ad se-  
cundam campanam, que ad matutinas pulsabitur, sit paratus, exceptis omnibus dominicis diebus atque  
textis feriis et in sollempnitatibus infra scriptis videlicet Natiuitatis die cristi, Epiphanie etc. — Eorun-  
dem etiam altarium collatio ad dominum decanum et canonicum seniore et ad duos scabinos seniores,  
qui pro tempore fuerint, perpetuo pertinebit. Memoratus quoque sacerdos scolari deseruienti altaribus  
ante dictis de propria pensione dabit VIII solidos annuatim. Memoria autem donatorum in Ecclesia sancti  
Jacobi In vigilia sancte Margarete virginis cum vigiliis et missarum sollempniis cum candelis et societate  
honorabilium sollempniter annis singulis peragetur. — Testes huius ordinacionis Dominus adam pre-  
positus, Dominus Conradus decanus, Dominus Johannes quondam decanus, Luderus sco-  
lasticus, Reinerus custos, Alewardus, Johannes passer, fridericus de medestorp, can-  
onici, Et scabini superius nominati Consulesque videlicet: Godescalcus de Jerchowe, Wilhelmus  
de mossun, Jordanus Flasmenger, Johannes heysonis, Ghiso de scadewachten, Godo-  
denekini, Th. de wegeleue, Zabellus sutor, Arnoldus de borch, Hinricus de borken,  
Hinricus de Offemor, Th. de Sluden et plures — Actum et datum Anno ab incarnatione do-  
mini Millesimo Ducentesimo Nonagesimo Tercio, in die sancte Elisabeth vidue.

Nach dem im K. Geh. Ministerial-Archive befindlichen Originale.